

1750 : 8<sup>o</sup>

1. Berolinensis, Gottlieb Christianus : De confusione
2. Brellius, Christoph Ludov. : De certitate necessaria compunctionis  
causa praeterea rei nisi imponenda
3. Brellius, Christoph Ludov. : De delictis, quae iure puni-  
bilibus excusatur
4. Brellius, Christoph Ludov. : De relectione hypothecae  
ab novum debitum non permissa.
5. Brellius, Christoph Ludov. : De diri poena et iure magis.  
prata in dominos ob'osos.
6. Brellius, Christoph Ludov. : De fructu et effectu negotiorum  
improbis nullius et imperfecti
- 7<sup>o</sup> = Hanaccius, Christianus : De justitia filiae in peccato.  
De gerendo malorum contra virtutem statuto. Ver.  
confessori hanc matata ? Temp
8. Hettorus, Iacques Christianus : Recuratore fortissimum  
Kam Schichtmeister.

9. Herterus, Joannes Christianus: Tura dominicus  
Accepit  
10. <sup>et</sup> Hiller, Joannes Fred: De commentis elegantiorum  
Literarum in iure naturali exemplo Gratii  
11. Kraus, Georgius Fridericus: Conjectura de sensu  
legis 8 pr. d. de sororibus adhuc.  
12. Krausius, Georgius Fridericus: Theses quas iam  
en doctrina de postulato . . . defendit  
13. Krausius, Georgius Fridericus: De fundamento bene-  
ficii competentiae fratrum. 26  
14. Krausius, Georgius Fridericus: De actione de recepto  
Cesum fortitione non persequente  
15. Krausius, Georgius Fridericus: De procurio ad certum  
Tempus dicto et 1.12 pr. d. do proceارد 3  
16. Leyser, Augustinus, a: De principiis Germanorum  
absoluta potestate leges forsan. 7  
5

17. Rovinus, Andreas Florus : De effectu quasi interpellationis seu legalis et extrajudicialis  
a b
18. Walther, Joannes Georgius : De poenitentia naturali, iure  
naturalis fontibus.
19. Westerius, Joannes Gottlob : Ord. iuridici... decanus:  
lectores s.p. v. (ad populacionem in curia Posti  
Friderici Tries invitat)
20. Westerius, Joannes Gottlob : De homicidio  
21. Weidler - Kunad.  
1757.
1. Baermannus, Georgius Fridericus : De caneo
2. Chladnius, Ernestus Martinus : De Cibis prouocata  
vobis Presarum.
3. Chladnius, Ernestus Martinus : Tum n. in tuae doarice  
an sit mernus non fructus.
4. Crelles, Christoph Lutze : De laudo uerae imprimit  
juriculi et legis linea.
5. Crelles, Christoph Lutze : De communione necessaria  
et impossibili.

6. Crellius, Christph Lutro: De servitate uno ejusque  
benigna interpretatione 13
7. Crellius, Christph Lutro: De peculis personarum sui,  
juris 14
8. Crellius, Christph Lutro: De servitibus ad certam  
mortem restrictis 15.
9. Crellius, Christph Lutro: De iure juroando appletorio  
quod sine probalium decernatur 16.
10. Crellius, Christph Lutro: De debito et hypotheca  
annuitat. 17.
11. Hettlerus, Iacobus Christianus: Positiones de person.  
quae cambia vere possunt, vel non. 18.
12. Tugger, Augustinus; de: Jurisconsultorum iudiciorum  
Viteburgensis Prodecimus et processus ordinarius. Dispa.  
tationem solennem . . . a Christiano Lutro. Hen. 19.
- 200 Adam habentiam inedit ipseque de laude  
personarum illarum. Cuius praefatus 20

1757

13. Liger, Augustinus, a : De Clerico principis et legum promulgatione arbitrio
14. Liger, Augustinus, a : De privilegiis (privilegiis.)<sup>17</sup>
15. Liger, Augustinus, a : De concione principis uno co*n*onstitutio*n*is fundamento
16. Liger, Augustinus, a : Farnem, qui praegnatur  
et prosperis vultus tristis. . . pallice infirmat  
et repellit
17. Ritter, Joannes Daniel : De pazo Heding et Hedingis  
Decal. XII. haereticis
18. Rovinus, Andreae Flores : De patre vel matre i*m*per.  
Ius in personas resue uxoris vel liberorum factas  
repentant.
19. Rovinus, Andreae Flores : Thesium i*uri* controvers:  
secundum ordinem punctarum 138-147. . . defen:  
det.
20. Rovinus, Andreae Flores : De culpa levissima i*mp*ro  
more a creditore praestata.
- 21<sup>a</sup> - Vater

Dr. Waltherus, James Georgius : Descriptione  
liber liberas gentes





9613. No. 33  
Q. D. B. V  
**SPECIMEN INTERPRETATIONIS**  
**IVRIS STATVTAII**

**DE**  
**IVSTITIA FILIAE** 76  
IN PETENDA GERADA MATERNA 8  
CONTRA VITRICVM  
STATVTO WEISSENFELSENSI  
HAVD MVTATA

**PRAESIDE**  
**CHRISTIANO HANACCIO**  
I. V. D

INSTIT. PROF. PVBL. CVRIA PROVINC. SCABINATVS  
ET FACVLT. IVRID. ASSESSORE ORDINARIO  
EIVSDEMQUE H. T. DECANO

CONVICTORII REGIO-ELECTORALIS INSPECTORE  
PERPETVO

PATRONO AC PRAECEPTORE SVO  
AETATEM VENERANDO


DIE XXVII. APRILIS CICLO CCL  
HORIS CONSVETIS

IN AVDITORIO IVRIDICO  
EXAMINI PVBLICO  
SVBMITTIT

IOANNES CHRISTIANVS OTTO  
DRESENENSIS

VITEMBERGAE. STANNO SCHLOMACHIANO

GERMANIA  
LITERARUM  
HISTORIA  
SACRA  
ET  
PROPHETICA  
IN  
TOMIS  
DUO  
VOLVOS  
OTTO  
AVM  
CENSUS  
OTTO  
AVM  
CENSUS



## §. I.

*Ius statutarium passim specimina academica  
admittit et expectat.*



vs statutarium sui quidem loci limitibus con-  
clusum est, et extra portas ciuitatis eiusdemque  
lapides finales, außer der Stadt Weichbild, non  
ualet, eamque ob causam uix dignum esse,  
uulgo censetur, quod discatur, in Academiis,  
utpote ubi non, nisi elementa iuris, cum uni-  
versalis, tum communis, eiusdemque et peregrini et do-  
mestici, uix uero prouincialis, multo minus statutarii, tra-  
dere huicdum moris fuit, quod argumentum alias ex insti-  
tuto tractauimus.<sup>a</sup> Sed uerissimum est, iuribus statutariis

A 2 plu-

<sup>a)</sup> In duobus Programmatibus, de Saxonici  
iuris separantim docendi descendique utili-  
tate ac necessitate, a. 1722, et de Saxonici  
iuris, ad artem renocandi ratione, a. 1725.



plurima contineri iuris Germanici praesidia atque lumina,  
quin etiam ueteris iuris patrii asseruari reliquias luculentas,  
quae et iuris Germanici historiam instruunt et Vicariatus  
Saxonici ambitum demonstrant probantque antiquas iuris  
Saxonici terras, <sup>b</sup> iis quoque in locis ac prouinciis, ubi iura  
Saxoniae antiqua cum recepto iure Romano, illis sequiori  
aeuo prorsus abrogatis, <sup>c</sup> commutata sunt. Hoc si tibi  
non sit satis, ad commendandam diligentiam Academicam,  
statuario iure condignam, pluribus ad as-  
sensum commoueri, confidimus, poteris argumentis,  
e foro pariter, atque scholis, facile collectis. Docetur  
in his ars interpretandi statuta <sup>d</sup> uariaque fiant applicationis  
pericula, non tam uulgariter fictis, quam ueris statutorum  
exemplis, si modo illorum paullo maior faciliorque, ac sine  
sum-

<sup>b</sup>) Conf. b. GRIBNERVS, *de terris iuris Saxonici*, Tom. III. Sect. III. Opusc. Iur. Publ.

<sup>c</sup>) Conf. BERGER. in Oecon. Iur. Lib. II. Tit. IV. §. XLIII.

<sup>d</sup>) In generali hoc arguento multi uersati sunt diligenter, DONAVER, *de prudentia interpretandi statuta*, MASCARDVS, *generali statutorum explicatione*, LANFR. DE ORIANO, *de interpretatione statutorum*, VON HAGEN, *de arte interpretandi statuta*, FELTZ, *de interpretatione sta-*

*tutorum*, GASSER, *de brocardico vulgaris*, *statuta ex iure communii esse interpretanda*, DE MAIERN, *de statutorum conflictu et eorum in exteris ualore*, STYCKRVS, *de statutis et eorum interpretatione*, ZOLLIVS, *de praferentia statutorum disceptantium*, CRAMERVVS, *de interpretatione statutorum*, FREISLEBEN, *de interpretatione statutorum ex iure communii et plures alii, in primis commendari me- retur CHRISTIANI GOTTLIEB RIC- CII zuverlaßiger Entwurf von Stadt- Gesetzen, oder Statutis, vornehmlich der Land-Städte*, Fr. et Lips. 1740.



sumtibus immensis, daretur copia, paulloque diligentius colligerentur statuta, in usum Iurisprudentiae publicum, ac tanta harum rerum paupertate haud premeretur res fere omnis libraria, saepenumero ad quoddam dedecus quoque et iustitiam ipsam sufflaminandam usque. Deinde loquuntur innumerata celeberrimorum ICtorum specimina, in enucleandis sciteque explicandis statutis singularibus, edita. <sup>e)</sup> Quod si denique ad forum conuertamur, rerumque quotidianarum in Dicasteriis simus memorēs, lites affluere crebras, facile animaduertitur, quae uel ipso statutario iure dubio, uel risandi libidine, excitantur atque illos, qui de iure solide respondere student, multa detinent cura et cogitatione. Ac tametsi lites, oppido temerariae hic non adeo multum negotii facessere queant, maiori tamen artis nostrae opera opus est, quoties non tam ex facto, quam iure ipso, dubia emergunt grauiora, quae non sine multo interpretationis legalis apparatu iurisque analogia exactiori tolluntur, ut iusta causae decisio tandem possit obtineri. Haec omnia abunde probant atque euincunt, ius staturarium, identidem esse contro-

A 3

uer-

e) STRYKII, RHETII, LUDOVIGII et plurimorum, quos Bibliothecae indicant iuridicae, in primis b. ZIEGLERI, *de portione coningis superstitis statuta et uera statuti Vitembergenſis interpre-*

*tatione, cui, ea, qua par est, modestia, lucubratiunculas, de uida, ex statuto Vitembergenſi succedente, ad collationem obligata, a. 1721. subiungere non dubitamus, aliorum securi institutum.*



uersum, ac specimina admittere Academica et exspectare.  
Referre huc, pace ueniaque publica, non dubitamus argu-  
mentum praesens, quod, *de iustitia filiae, in petenda gerada  
materna, contra uitricum, statuto Weissenfelsensi haud mu-  
tata, pertractandum nobis sumsumus.*

### §. II.

*Statutum Weissenfelsense, quod ad geradam atti-  
net, exorbitans est, et explanatione  
indiget.*

**E**TENIM singulare admodum est et omnino exorbitans,  
quod de Gerada materna, in statutis ciuitatis Leucopetrae,  
de anno 1662. constitutum legitur: f) Verstirbt ein Weib, so  
bleibet dem Manne, wenn er das Bürger-Recht gebühlich ge-  
wonnen, und in der Ringmauer sein Domicilium hat, die volle  
Gerade, jedoch steht in seinem Willführ, wenn er sich ander-  
weit verheyrathet, was er seinen mit dem verstorbenen Weibe er-  
zeugten Töchtern von solcher deuoluirten Gerade eignen will.  
Statutum hoc, siue uerba, siue sententiam, siue rationem eius  
species, tam eidens ac planum haud censemur, quin diligenti-  
qua-

f) Cap. VII. Art. II. Statutum hoc una cum  
aliis localibus editum est, a GOTHO.

FREDO AVGVSTO HOFFMANNO,  
Part. II. pag. 107. seq.



quadam indigeat explicatione, materiamque praebeat, opera dignam. Hac eo minus hic supersedere possumus, quo magis ipsius instituti nostri ualde interest, ut ante, quam ad illud proprius accedatur, quid sibi uelit contextus ipse, plenissime eruatur.

### §. III.

*Mors uxoris civilis ius succedendi marito non tribuit, sed naturalis tantum et praesumpta.*

STATUTVM nostrum plenam tribuens marito geradam, primum uerbis: stirbt ein Weib, uxoris desiderat mortem, quae et finiat matrimonium, et fundet ius succedendi. Hoc praeter naturalem, ueram, de praesumpta quoque morte secundum leges intelligendum est, si modo cogitari possit, de marito, uxori absenti septuagenariae superuixuro, sed forsitan paullo commodius hic quaeritur, de morte civili, tali quidem, qua soluitur matrimonium. Huius generis mors civilis, in ingressu in monasterium, agnoscebatur iure Codicis et Nouellarum, tam plene quidem, ut omnia fere, ad exemplum mortui coniugis, alter, in seculo, uti dicitur, rema-

g) MARTIN, NAVRATHA, *de Vita et morte hominis*, Theor. XLVII.



remanens, nancisceretur iura<sup>b</sup>. Verum ius Romanum, hic nimis papizans, ipso iam iure Canonico correctum est<sup>i</sup>. Nec attinet hic disputare, de omni reliqua morte ciuili, quae maxima capitis deminutione efficitur<sup>k</sup>, cum statutum, de morte loquens, de alia, quam naturali, capiendum non sit, nec trahendum ad mortis cuiusdam ciuilis occasionem. Quare dubitari non potest, quin gerada coniugis, in banum declaratae superius et bonorum patientis confiscationem<sup>l</sup>, non ad maritum, ex statuto, sed, iure communi, ad filias aliosque legitimos successores, pertineat<sup>m</sup>.

#### §. IV.

*Mortis tempore, legitimum adesse debet  
matrimonium.*

PORRO uxoris ac mariti, adeoque coniugum, mentionem facit statutum, eo quidem consilio, ut matrimonium hic requiratur legitimum, et, quod ad finem uitiae uxoris durauerit fueritque constans et indiuidua uitiae

con-

<sup>b</sup>) Leg. 53. §. 3. leg. 56. pr. C. de Episc. et Disput. de ciuiliter mortuis.

Cler. Nou. 22. Cap. 5.

<sup>l</sup>) L. R. L. I. Art. XXXVIII. SCHILT.

<sup>i</sup>) In Can. Vna sola, Caus. XXXIII. Quaest. V. ad Dig. Ex. XXXVIII. §. 20. seq. §. 24.

Conf. BERGER. de legitima mariti,

CARFPZ. Achtz: Proc. Tit. XV. Art. V.

Cap. VI. §. X.

<sup>m</sup>) Arg. l. i. §. 2. l. 7. pr. et §. 3. D. de bon.

<sup>k</sup>) Leg. 32. D. de R. I. Conf. STRAVSSII  
damnat.

consuetudo<sup>o</sup>. Sin diuortium uel antea contigerit, uel sententia, post mortem lata, retrotrahatur ad tempus uitae, uel denique separatio a thoro et mensa, iudicis autoritate adfuerit, non prorsus aliena est quaestio, de statutaria successione mariti geradica. Vxorem, adulteram, et dotem et cetera, quae marito attulit, huic cedere debere, expediti esse iuris existimatur<sup>o</sup>. Abrogatum ergo censetur ius prou. fax.<sup>p</sup> geradam tamen suam retinet uxor illa, cum neque rubrum neque nigrum d. Conſt. ad geradam poſſe referri. Parum itaque ſibi conſtarē uidetur CARPZOVIVS<sup>q</sup>, qui iaſturam geradae, inuitu quidem iure prou. fax. aſſerit, hanc uero non tam marito, quam uxor, adhuc uiuentis, cognatis, ſine lege, tribuit. Quod ſi autem uxor adultera, quoad, poſt diuorium, uixit, geradam retinuit, ſtatuto noſtro haud conſentaneum eſt, ut marito comperat ſuccesſio geradica, ex euidenti ſtatuti ratione, quod tempore mortis matrimonium non amplius adfuerit. Mirramur ergo, ſolidam hanc iuris rationem neglexiſſe CARPZOVIVM,<sup>r</sup> qui ſtatuta Lipsiense et alia, quae marito uxo-

B  
ris

<sup>n</sup>) ſ. 1. I. de Pat. pot. l. un. §. 1. D. unde mir et uxor, KOHL. de Success. coniug.

P. I. num. 17.

<sup>o</sup>) Conſt. XXI. P. IV. ibique CARPZ. Def. I.

p) Lib. I. Art. V. Lib. III. Art.  
LXXIV.

q) Ad diſt. Conſit. Def. II.

r) Diſt. loc. Def. II. uniu. T. 8.



ris praedefunctae geradam delatam uolunt, contra legalem statutorum interpretationem, iusto latius explicans, eadem ad casum quoque prorsus deficientis matrimonii extendit.

### §. V.

*Separatio a thoro et mensa, quae per iudicis sententiam facta est, marito haud obest.*

**Q**uod denique separationem a thoro et mensa attinet, fueritne uxor, praemortua, pars nocens, an innocens, probe distinguendum est. Si primum, nulla idonea iuris ratio potest inueniri, cur maritus statutaria successione geradica priuandus sit, matrimonii namque praeſentia et innocentia mariti iustitiam eius satis euincit. Sin alterum, res admodum dubia uidetur, propter *Constitutionem Elect. Sax. XXVI. Part. III.* quippe quae malitioso conjugis desertori, de quo solum agit, secuta iudiciali a thoro et mensa separatione, statutariam conseruat successiōnem. Ita enim illius uerba: es wäre denn die Ehescheidung zwischen Mann und Weib zu Recht erkannt; scite subtiliterque interpretatur CARPOZIVS.<sup>1)</sup> Atque, si generatim

<sup>1)</sup> *Eod. Def. XVII.*



ratim uerum, quod omnis huiusmodi temporaria separatio malitiosa semper nitatur desertione, argumentum quoque ualere oporteret generale pro marito, ut hic non, nisi priuata auctoritate a coniuge separatus, repelleretur a successione geradica et reliqua statutaria, minime uero, si separatio ista iudicis staret sententia.<sup>c</sup> Distinctionem hanc legalem, in ardua successionis coniugum materia, uulgo negligi, hic animaduertere licet, imo sunt, qui, coniugem nocentem, ob hanc separationem, successione fieri statutaria indignum, simpliciter existimant.<sup>d</sup>

## §. VI.

*Fictum matrimonium, aut, si deficiat consensio  
thalani, marito non prodest.*

**N**E QVE tandem prodest marito uel quasi, matrimonium quoddam, in fauorem liberorum fictum, qui, praecedentibus sponsalibus publicis, ante eulogiam, morte unius, uel alterius, parentum impeditam, nati sunt, de qua re disponit Decis. Elest. XLIX. parentum uero ipsorum suc-

B 2

cessio-

<sup>c</sup>) Excipienda hic uidetur separatio priuata, pro priuata habenda est.

ta, pendente lite, facta et a iudice <sup>d</sup>) STRYCK. de Successione ab intestato, Diff.

prouisionaliter modo approbata, quae, IV. Cap. I. S. II. B. BEYER. ad Inst. Lib. III.

cionec sequitur sententia definitiva,

de Success. ab intest. Paf. LXV. pag. 154.



cessionem mutuam prorsus omittens, in iuris prouincialis atque electoralis<sup>x</sup> regula perstitisse censemur, quae coniugibus ius succedendi statutarium, sine praeuia benedictione sacerdotali atque iusto ordine infecuta thalami consensione, haud largitur, licet ad effectum successionis iuris romani<sup>y</sup> hac non opus sit consummatione.<sup>z</sup> Sed paulo maioris dubii quaestio uideretur, an stupratori ex statuto competat successio geradica, si stuprata moriatur, post copulam sacerdotalem, deficiente uero deinceps legitima thori consensione. Negatiuam tuetur sententiam STRYKVS,<sup>a</sup> quod ad successionem coniugum statutariam in genere attinet, dissentit autem BERGERVS,<sup>b</sup> his nixus rationibus, quoniam, inquit, tempus sacerdotalis copulationis in causa favorabili, fictione iuris, retrotrahatur ad tempus patrati stupri, ita, ut coabitatio connubialis atque adeo, quae eam praecedit, consensio thalami tum facta esse intelligatur. Verum hic neque fictioni, contra formam legis, indulgendum, neque fauori, quem odium, quod subest negotio, uincit maius, minori, aliquid dandum, censemus.

<sup>x</sup>) L. R. Lib. I. Art. XLV. Lib. III. Art.

XLV. Conf. XXI. P. III.

uir et uxor, §. 2. BERGER. in Oecon.

Lib. II. Tit. IV. §. 42. num. 2.

<sup>y</sup>) Ex Edict. Praet. unde uir et uxor, conf.

a) Ad BEVNEMANNI I. Ecl. Lib. II.

Cap. XVII. §. 40.

Non. CXVII. Cap. V.

<sup>z</sup>) STRYK, in Vf. Mod. Pand. ad Tit. unde b) In Oecon. d. l. §. 43. num. 2.



semus. Etenim ius clarum et manifestum est, quod, ad stabiliendam, inter coniuges, successionem statutariam, formaliter, iusto ac decenti ordine, non minus thalami concessionem, atque copulam sacerdotalem, exigit. Deinde, qui stupro, uel anticipato concubitu, leges honestatis et ecclesiasticas uilipendunt ac uiolant, merentur poenam magis, quam fauorem, ac talem quidem, qui, etsi maximo cum aliorum odio ac damno coniunctus, penitus abhorreat a sua, si qua detur, fauorabilium definitione, tam efficax credatur, ut filiolas et sequiores cognatas iure suo geradico ordinario possit excludere.

### §. VII.

*Sine iure ciuitatis, rite obtento, maritus in geradam uxoris non succedit.*

**L**A VDATAE uero successionis geradicae capax non est maritus, nisi ius ciuitatis rite legitimeque consecutus sit, suumque domicilium intra moenia ciuitatis habeat, per uerba statuti: wenn er das Bürger-Recht gebührlich gewonnen und in der Ringmauer sein Domicilium hat. Est mariti successio ista omnino anomala, quae abrogat ordinariam, adeo-

B 3

que

e) Leg. THOMASIVS, in Inrisprud. dñi. appendice ad Lib. II. pag. 372. seq.



que rigide exigendum, quod statutum claris postulat uerbis. Primum ius ciuitatis, legitime, gebührlich, obtentum esse oportet, ubi sane nihil eorum remitti, uel omitti, potest, quae lege, statuto, consuetudine, requiruntur. Sunt uero communia, quae hoc pertinent, ius iurandum ciuum, der Bürger-Eyd,<sup>a</sup> et certa pecuniae summa, qua soluta, redimitur ius ciuitatis,<sup>e</sup> antecedere quoque debet magistratus inquisitio in mores ac uitam ante actam eius, qui ius ciuitatis ambit, adeoque res, suo ordine et modo causaeque sufficienti cognitione, peragenda est atque expedienda, cumque haec omnia dictae ciuitatis statutis diserte quoque contineantur,<sup>f</sup> ubi ita constitutum est: Ein jeder, der in der Ringmauer seine Wohnung hat, auch Aufenthalt, Nahrung und Gewerbe suchen und treiben will, der soll das Bürgerrecht seinen Stande, Vermögen, Handel und Wandel und dem Raths Erkenntniß nach, hinführen gewinnen, dem Rathen Geburths- und Abschieds-Briefe vorlegen, auch gemein Stadtgewöhnlich Bürgerliche Eydes-Pflicht leisten,

<sup>a)</sup> Hoc argumentum diligentissime pertra-  
stat B. LÜD. MENCKEN. in Exerc.  
de Iure iurando ciuum, vom Bürger-  
Eyde, Lips. 1687. habita, num. 6. diff.  
Autoris selectar.

<sup>e)</sup> MEVIVS, ad Ius Lubec. Lib. II. ad rubr.  
num. 28. IOANN. EVCHEL. de Iure  
ciuitatis, Part. post. Cap. I. verb. ex has-  
tenuis etc.

<sup>f)</sup> Cap. IX. Art. I. von der Bürgerschafte



sten und über die Gebührniß, so der Rath an Geldern ihm auferlegen wird, binnen Monath's Frist von Zeit des erlangten Bürgerrechts anzurechnen, einen ledern Eymer, dessen man in Feuers- Noth gebrauchen kann, gemeiner Stadt zum besten, machen lassen, auch jährlich gebührlichen Schöß reichen &c. Dubium itaque est nullum, quin, si horum aliquid neglegatur sit, statuto Weissenfelsenſi, ad stabiliendam mariti successionem geradicam, satis factum esse haud intelligatur, sed, mortua uxore, saluum sit ius cognaticum ordinarium.

### §. VIII.

*Concessio iuris ciuitatis non est aetus uoluntariae iurisdictionis.*

POSSVNT itaque hic multa inordinate et illegaliter fieri, uel a marito, geradaepeta, uel a magistratu ipso, quae spem illius omnino fallunt, aut materiam maximi producunt litigii. Variae hic quaestiones, admodum dubiae, discussione omnino dignae, occurrunt. In primis illa magni momenti est, an concessio, impetratio, iuris ciuitatis talis sit uoluntariae iurisdictionis aetus, qui sua natura id patiatur, ut fieri possit pro lubitu, sine ordine iudiciali omniue forma. Dari eiusmodi iurisdictionem uoluntariam,



tariam, uel rectius, licentiosam, merito dubitatur. Re  
enim paullo curatius pensitata, dubia ac perplexa uidetur  
uoluntariae iurisdictionis definitio, atque actus, eo uulgo  
relati, sibi non ubique constant, neque, uti par est, cum  
definitione conspirant. In uoluntaria iurisdictione respi-  
ciendum non esse existimatur, an iudex competens sit, nec  
ne.<sup>g</sup> Quis uero dubitabit, ius ciuitatis non, nisi a iudice  
competente, esse imperrandum. Deinde non omnis iu-  
risdiction, quae sine partium est contentione, uoluntaria  
dici potest, quae, quemadmodum probat tutoris atque  
curatoris datio, ad iudicem omnino pertinet ordinarium  
et competentem.<sup>h</sup> Alii, rei conciliandae causa, agno-  
scunt iurisdictionem uoluntariam, *reductive* talem,<sup>i</sup> si ui-  
delicet iurisdiction exerceatur ad formam iuris legumque  
duorum. Quod si hoc concesseris, in ciuitatis iuris im-  
petrandi causa, nullam iudici dabis licentiam recedendi a  
statuto et obseruantia communi, hic in primis, ubi et ciu-  
tatis et totius reipublicae magnopere interest, statusque  
publicus uehementer postulat, ut ciues constituantur omni-

accu-

<sup>g</sup>) P. BEYERVS, ad Pand. Tit. de Iurisdict.

Pof. X.

LAVTERBACHIVM, pag. 502.

<sup>h</sup>) L. un. C. ubi pet. tut. nel curat. Decif.

Elect. XXXIX. LIX. BERGER. ad

i) LYNCKER. in Analect. ad STRV.

Syntagm. I. C. Tit. de Donat. Thes. X.

pag. 372.



accuratione, quoad fieri potest, ad salutem publicam et regulam communem accommodata. Perficiendum itaque est hoc negotium regulariter in pleno senatu et consueto diurno tempore, quo consul et senatores pro tribunali sedent, in curia ciuitatis, consuli uero soli hanc rem aliter expedire haud licet, sine praescitu et consensu totius senatus. Negandum quidem non est, posse alicui ius ciuitatis, per deputatos senatus, extra locum quoque curiae<sup>k</sup> et tempus sessionum ordinarium, conferri, si uidelicet, hoc ita fieri, integro senatui, scienti et approbanti, ob necessitatis aliamque causam, placeat. Sin consul plus iusto sibi sumat, et, neglecta statuti forma, more, modo, tempore et loco inusitato, ac satis praecipitanter, amico impertiri haud dubitet ius ciuitatis, eo quidem consilio, ut hic uxoris, iamiam agonizantis, geradam acquirere, eandemque successoribus aliis legitimis praeripere ualeat, iste, notwithstanding iam **AHASVERO FRITSCHIO**,<sup>l</sup> ualde peccat, meritoque dicendum est, ius ciuitatis hoc modo legitime haud esse imperatum, illius potius concessionem nullam omnino habendam. In hunc modum nuperrime, mens. decemb. 1748.

C in

<sup>k</sup>) MENCKEN. d. l. Cap. III. Thes. XVIII.

<sup>l</sup>) In Tract. de Consul. ac Senat. pacatis, Concl. III. et XXVI.



in causa contra L. pronunciarunt Domini Scabini Lipsiensis:  
Dass Beklagter, was ihm zu erweisen nachgelassen, und er sich  
angemässtet, wie recht nicht erwiesen, verowegen derselbe die in  
dem Urtheil fol. 125. seq. bemerkte Specification der Gerade  
schlechter Dinges zu ediren schuldig, subiunctis his deciden-  
di rationibus: Dieweil nach Beklagtens eigenen Zeug-  
gens, Klägers Stief-Vaters, D. C. P. Geständniß, ad inter. ar. 6.  
und Klägers reprobatorial: Zeugens, des damahlichen regieren-  
den Bürgermeisters I. G. I. Aussage ad ar. 8. 9. 10. 11. 12. 13. es  
um Mitternachtzeit, zwischen dem 11. und 12ten April. 1744.  
gewesen, daß D. P. bey seines verstorbenen Eheweibes tödtlichen  
Krankheit, zum Bürgermeister in sein Haus gekommen, ihn, da  
er schon im Bette gelegen, heraus gepochet, das Bürger-Recht  
ihm zu ertheilen angesuchet, der Bürgermeister ihn gefragt, deine  
Frau lebt doch noch? Darauf dieser jenem das Bürger-Recht  
versprochen, und den Handschlag von ihm angenommen, D. P.  
aber das Bürger-Geld nicht erleget, noch den ge-  
wohnlichen Reuers ausgestellet, der Bürger-Schein nicht er-  
theilet worden, immassen es des Nachts gewesen, da man solche  
Sachen nicht expedire, wie denn gedachter Bürgermeister und  
Gegenbeweß-Zeuge I. dieses und ad art. 17. 18. seq. daß er es  
dem Rath nicht vorgetragen, sondern nur dem Registratori ge-  
sagt,



sagt, wie er den Schein fol. 176. ausfertigen sollte, dagegen Beklagtens 1ster und 2ter Zeuge, zwey Mit-Raths-Verwandte im Rotul. fol. 300. seq. ad ar. 13. 14. 15. et inter. behaupten, daß der jedesmahlige regierende Bürgermeister, im Nahmen des Raths das Bürger-Recht gebe und verstatte, jedoch, wenn es dem Collegio vorgetragen, und im Beyseyn des Collegii resoluiret worden, auch diese Sache auf das Rathhaus gehöre, also die an D. P. des Nachts in dem Priuat-Hause, ohne Abstattung der Gebühr und Ausstellung des Reuerses, auch ohne vorgegangene gebührende Untersuchung, vom Bürgermeister alleine, ohne des Collegii Vorwissen, unternommene Concession vor nichtig zu achten ic. Dahero ic. auch der daselbst registrirte und auf das falsche Praesuppositum, als ob D. P. das Bürger-Recht rechtsbeständig erlanget habe, gegründete Vergleich, indem Beklagter nach Maßgebung des Urthels fol. 126. daß der Stiefvater, oftgedachter D. P. das Bürger-Recht zu rechter Zeit gebührend erlanget, und dahero der Succession in die Gerade fähig worden, anderer Gestalt und besser, als damahls geschehen, nicht erwiesen, nicht bestehet ic. Sed, interposita leuteratione, ab hac sententia postea discessit Ord. ICtor. Lips. his motus rationibus: Dieweil ic. Senatus erwehntem D. P. per Consulem das Bürger-Recht versprochen, dieses nach denen Statutis der Stadt N. marito successionem



in geradam zweiget x. Hiernächst der Act. sub n. 72. fol. 176. ausgestellte Bürger-Schein, wie D. P. das Bürger-Recht in N. am 11. April. 1744. gebührend erhalten, das gerichtliche Attestat fol. 97. sub n. 2. wie dazumahl seine Ehefrau noch würtlich gelebet, mit mehreren besaget, dieses ebenermassen die eydlich abgehörten Zeugen in ihren Depositionibus etc. behaupten, und wenn schon P. tempore nocturno \* das Bürger-Geld sofort nicht erleget, noch den gewöhnlichen Reuers sogleich vollzogen, der Bürgermeister, ohne Buziehung einiger andern Membrorum Collegii, die Iura ciuium D. P. ertheilet, solches dennoch der Gültigkeit der Concession iuris ciuitatis nicht entgegen stehet, massen *Actus uoluntariae iurisdictionis* zu jeder Zeit, auch in Aedibus priuatis, und ohne Buziehung eis nes Actuarii, oder anderer Membrorum Ordinis Senatorii, unternommen werden können, über dieses die Erlegung des Bürger-Geldes, unbeschadet des Bürger-Rechts, auf eine gewisse Zeit, oder wohl gänzlich, erlassen werden mag x.

### §. IX.

\* Sed legantur SCHWENDENDÖERFFERI  
Disp. de Iure noctis, Lips. 1678. habita,  
Cap. IV. et V. ROMANI Prog. de Ne-  
gotiis, quae nocte fieri possunt, uel non.

Lipf. 1731. CRVSIVS, de Noche et no-  
cturnis officiis, ZAVNSCHLEIFFER. de  
Iure noctis, et in primis POLYDOR.  
RIPA, de Nocturno tempore.



## §. IX.


*Praeterea, quod statuto exacte satis fieri debeat,  
ipsius quoque uxoris consensu opus esse  
uidetur.*

**N**OSTRVM hic non est, neque institutum praesens patitur, ut utriusque Collegii, inter se hinc dissentientis, examinandis rationibus diutius immoremur, hoc ramen non possumus non submonere, consulis factum commemoratum, quemadmodum iam supra astruximus, uoluntariae iurisdictionis indole ac uirtute tegi ac defendi haud posse. Deinde, sola consulis promissione, ius ciuitatis ipsum tam plene ac perfecte iam collatum non uidetur, quemadmodum statuti uerba: gebuhrlich gewonnen; desiderant, nec ius ciuicum prensantis stipulata manu, quae nocturno accessit negotio, defectus statuti suppletur, quando iusserandum, quod, propter salutem publicam, alioquin non potest remitti, "pro forma necessarium est, cui ergo aliud quippiam surrogare non licet. Causae quoque cognitio non debet omitti, boni publici causa, ne indignus recipiatur in ciuium numerum, uerum etiam cauendum, ne ius ciuitatis, uel anxie petitum, uel inconsiderate datum,

C 3

in

MENCKEN. ditt. loc. Cap. III. §. 2.



in aliorum, et ipsius forte magistratus, postea uergat dāmnum ac detrimentum. Iūstae sanae, quae hic iniiciantur, remorae haud facile defuturae sunt, si modo casus pro amico haud arrideat.<sup>n)</sup> Examinari hic in primis meretur quaestio, an maritus, imprudente et inuita uxore, eam tantum ob causam ciuiis fieri possit oppidanus, ut uxor is geradam aucupetur, quae alioquin ad filias et reliquas uxoris cognatas pertineret. Vxor, consilii et machinationis maritalis ignara, dum uiuit, geradam, post obitum, ad filias, ad matrem, ad sorores, uel reliquas cognatas, deuolutum iri, credit, in gratiam illarum, quod, si libet, licet, inter uiuos, non disponit, decedit tandem, ignorans, quod ciuiis sit oppidani coniux facta, et, quod filiabus, aut reliquis suis cognatis, quibus tamen et ipsa et ius prouinciale bene cupiebat, erepta sit gerada. Haec remoueat dubia maritus, rerum suarum satis callide satagens, uel alias iustitiae dubiae moderator, ac statutariorum juris interpres.

## §. X.

n) De quo argumento agit b. no. n. in Disp. de permitta iudicis sententia gratiosa.



## §. X.

*Jus ciuitatis coniunctum esse debet cum domicilio  
in urbe, ergo suburbani et Pfalburgeri statuti  
non sunt capaces, nisi hi referantur  
ad urbem.*

**D**EBET denique ius ciuitatis, legitime obtentum, coniunctum esse cum domicilio, ipsa in urbe, neque eorum unum solum sufficit, sine altero, nec prodest ius incolatus,<sup>o</sup> ciuitatis iuri alioquin secundum. Ita enim porro disponitur in statuto:<sup>p</sup> Ist der Mann nicht Bürger, gleichwohl aber Incola, und des Rathes Jurisdiction unterworffen, oder das Weib stirbt nach dem Manne, wenn er gleich Bürger gewesen, so fällt auf solchen des Weibes Todtes Fall die volle Gerade dem Rath, oder Stadt-Gerichten, in Mangelung der Nüfftel in der Ringmauer sc. anheim. Colligitur inde, in hac, quemadmodum in omnibus fere Germaniae ciuitatibus, non eadem facilitate fieri ciues, atque olim, qui modo in orbe romano fuerint, ex Constitutione Imperatoris ANTONINI,<sup>q</sup> ciues romani efficiebantur. Vtrumque non sine optima

<sup>o</sup> De quo legatur JOSEPH. PH. EL-

<sup>p</sup> Art. III.

VERTI Disput. de Iure incolarum, et

<sup>q</sup> L. 17. D. de Stat. hom.

IO. RICHT. MALCOMESII de Incolis,



optima ratione ciuili, in Latio quidem, ut ciues, Imperii fulcra ac robora, augerentur, in Germania uero, ut nanciscantur ciuitates, probae uitiae ac probatae fidei ciues reditusque auictiores. Deinde, ad effectum successionis geradicae, domicilio opus est, intra moenia ciuitatis, nam extra illa, ciues non intelliguntur, trito prouerbio, burgarios et rusticos solis distingui muris, germanice: Bürger und Bauern scheidet nichts, als die Mauern.<sup>r)</sup> Quare ab ista successione, ui statuti nostri, excluduntur, praeter ciuitatis incolas, Schutz-Verwandten, etiam suburbani, et forsitan quoque Psalburgeri. Iстis namque obstant uerba statuti, et sunt quoque ipsi, communī fere Germaniae usū, paullo inferioris conditionis, et, praeter burgenses, munera nonnulla uiliora subire solent, ita u. g. hic Vitembergae, suburbani, formato coniunctis hastis circulo, comitatum delinquentium, ad supplicium ducendorum, tuentur, et quae sunt plura officiorum, praestationum, et iurium genera, quibus distinguuntur suburbani a ciuibus oppidanis. Haec tamen omnia illorum famae et existimationi nullo modo detrahunt, quod olim forte creditum est, si suburbanorum origo uocetur in memoriam, et legatur Witichindus

Cor-

r) Vid. HERTIVS, in Opusc. Tom. III. pag. 607. Paroemias X.

Corbeiensis, qui de Henrico, uulgo Aucupe, plurimorum urbium in Germania, praecipue in Saxonia, autore, commemorat, quod ille fures, latrones, remissa poena, in suburbii subfistere iussit, prudentissimo consilio, ut ciuitates, in primis Merseburgensis, mox irruentibus Hunnis, eo fortius possint resistere. Quod ad Pfalburgeros atinet, mirifice disputatur, occasione A. B.<sup>t</sup> quinam proprie tales sint.<sup>z)</sup> Assumamus uero, uti par est, ex legibus patriis, Pfalburgeros in suburbii habitare, sine propriis laribus, et uera esse Pfalburgeros, Häusler, Hausgenossen, synonyma, atque a reliquis distingui, quod suburbani propria habeant domicilia in suburbii.<sup>y)</sup> Sed ciuiusciuius ciuitatis usus, receptus, optimus interpres, passim Pfalburgeros etiam intra ciuitatis moenia agnoscit, qui tum ueri sunt ciues, possessionibus licet propriis careant, quod hic Vitembergae obtinet, inde Pfahl-Bürger-Schoß, Pfahl-Bürger-Pfennige  $\text{r}.$  Cum itaque in statuto Weissenfelsenstantum domicilium, non uero eiusdem proprietas re-

D quira-

<sup>x)</sup> In Annal. Saxon. apud MEIBOM. p. 643.

<sup>z)</sup> Tit. XVIII.

<sup>y)</sup> Leg. B. BEYER. in Iure Germ. Lib. I.

Cap. XII. Pof. XXI. seq.

<sup>z)</sup> Policy und Kleider Ordin. de a. 1612.

fol. 1463. C. A. I. ibi: Vorstadtter, so

eigene Häuser haben, und die Pfahl-

Bürger, so außer der Stadt wohnen.

Add. Resol. Gran. de a. 1662. Tit. II.

§. 97.



quiratur, Psalburgeri, nisi in ista ciuitate ad suburbanos referantur, sine dubio eandem habent iuris ciuici usuram.

### §. XI.

*Statutum marito simpliciter tribuit geradam,  
etiam, si filiae adsint, cum defuncta  
uxore generatae.*

**A**d maritum tandem, iuxta statutum habilem, deuoluntur plena uxoris praedefunctae gerada, filiabus quidem a materna prorsus exclusis. Hoc, duplii, quod subministrat statutum, argumento, satis sufficienterque euincere licet. Primum enim marito plena gerada absolute tribuitur, nulla filiarum facta mentione, nulloque illis reseruato iure. Deinde, ne quid omissum esse videatur, quod ex iure supplendum sit communi, statuti mens atque sententia, filias a materna gerada submouens, subiuncta alia dispositione, in patris uidelicet, ad secunda progradientis uota, arbitrio positum esse, quid geradae attribuere uelit filiabus primi matrimonii, aperte confirmatur, et extra dubium ponitur. Minus ergo recte dicti statuti sententiam cepisse uidetur BARTHIVS,<sup>y</sup> dum scribit: Also

g) Im ausführlichen Berichte von der Gerade, Cap. II. §. 22.

erbet



erbet auch nach den Weißenfelsischen Statuten ein Mann seines verstorbenen Eheweibes Gerade, wenn keine Tochter vorhanden. Erroneam hanc sententiam pluribus refellere non attinet. Verum ad institutum paullo propius accedentes, duo nunc tractabimus argumenta, quae ad rem ipsam omnino spe-  
ctant. Primum commonstrandum est, statutum nostrum conceptum esse, atque loqui tantum, de uxore, uel ma-  
ritum solum, uel simul filias, cum illo prognatas, post  
obitum, relinquente. Si maritus solus adsit, ipsi quoque  
soli vindicanda est gerada, remotis reliquis cognatis, si  
simul adsint filiae, gerada materna cedit quidem quoque  
patri, salua tamen ceteroquin huius obligatio, cum natu-  
ralis, tum ciuilis manet, filias suas pro facultatibus suis,  
suaeque dignitatis ratione, et alendi et elocandi. Horum  
primum res geradicas necessarias, alterum uero geradam  
bene instrutam, si uel maxime dos aliqua non detur, iure  
perfecto postulat a patre. Geradam ergo maternam de-  
ferri patri, filiae aequo eo magis ferre possunt animo, cum  
sciant, unde postea exspectent geradam sufficientem et con-  
gruam, cum ad necessitatem quotidianam, tum, affulgente  
tribendi occasione.



## §. XII.

*Aequum est statutum et prudentiae plenum.*

**Q**VARE non solum omnis hic abest iniquitas, sed statutum quoque ipsum singulari potius iustitiae pariter atque prudentiae laude dignum censetur, propterea, quod geradam filiabus non tam aufert, quam a patre tantum ea, quae par est, reuerentia et fiducia, praestolari easdem iubet. Prudenti hac dispositione statutaria, omnis praeciditur multarum litium occasio, inter patrem et filias, quae si uel ipsae nubunt, uel pater secundas eligit nuptias, maritis, aduocatis et curatoribus autoribus suasoribusque, patrem, geradae maternae causa, saepenumero lite pulsare haud uerenatur, sibique, contra nouercam, prospicere student. Deinde iur. prou. <sup>z</sup> integra ac plena gerada pertinet ad filias et reliquias cognatas, nihilo eiusdem patri, uiduo, relicto, neque distinguitur, num ex mariti, an defunctae uxoris, bonis, gerada fuerit comparata. Hac filiabus, aut cognatis, restituta gerada plena, mox persentiscit uiduus, quantum bonis suis decesserit. Res geradicae tradendae sunt filiarum tutoribus, uel curatoribus, qui illas, in futurum usum, aut interitum, afferuant. Contra ea, pater, in secundo matri-

z) L. N. Lib. I. Art. V. et XXXI.



matrimonio, uel sine illo, nouis sumtibus, oeconomica necessitate id postulante, comparare debet res eius generis alias. Patrimonio eius ualde minuto, non potest non maximum inde resultare detrimentum in oeconomiam familiamque. Haec uero omnia incommoda, statuti, antea laudati, prouisione, a patre ac familia prudenter remota intelliguntur.

### §. XIII.

*Ex hac tamen, quae ad patrem deuoluitur, gerada,  
liberorum legitima supplenda est.*

**A**C TANDEM, ne quid superesse uideatur, quod statuti iustitiam et aequitatem dubiam reddere possit, porro hic monendum est, hanc patris acquisitionem geradicam non, nisi salua liberorum, filiorum filiarumque legitima, intelli. Secus enim statutum nostrum interpretari, ius fasque non patitur. Hoc, quod ad filias attinet, omni caret dubio, si modo argumentum, quod ex Const. Elect. III. P. III. suppetit, legitime eruatur. Secundum hanc legem, geradam maternam filiae computare debent in legitimam, quoties haec laesa uidetur, mariti, siue patris, successione mobiliari. Quidni etiam idem, patre solo

D 3

geradam



geradam, una cum reliquis mobilibus, sibi acquirente, filiasque penitus excludente, iustum esset aequumque. Iniquissimum sane foret, si gerada, ad maritum deuoluenda, universis defunctae bonis subduceretur, atque ad computandam legitimam pertinere haud deberet. Etenim exulat hic mariti fauor, quem fingunt magis, quam legum autoritate iurisque patrii analogia probant,<sup>a)</sup> siquidem hic non sermo est, de supplenda legitima ex bonis mobilibus, sed geradicis, ad maritum quoque, ui statuti, pertinentibus, ubi certe fauor legitimae et iuris filiarum geradici ordinarii merito maior habeatur, quam patris, beneficio statuti, geradam, cum reliquis mobilibus, capientis. Neque geradicae successioni maritali idem fauor potest tribui, atque successioni mobiliari, si quis hic detur fauor, ultra mariti legitimam<sup>b)</sup> extensus. Quod si uero, filiorum legitimam suppleri, conueniat, docentibus CARPZOVIO<sup>c)</sup> aliisque, filiis legitima, de gerada materna, non debetur, quoniam illis hic nulla competit successio ordinaria. Sed haec CARPZOVII opinio censuram ferre non uidetur, si modo consideretur, quaestionem hic non esse, de uniuersali ac plena,

a) CARPZ. P. III. Conf. XI. Def. II. III. succedente, 1746. habita, f. 6. seq.

b) Conf. Disp. de Matre filiae una cum genere c) Part. III. Confit. XII. Def. II.



na, sed minus plena successione, siue de legitimae legali parte quota, ubi certi iuris est, ut haec, si opus fit, cum rebus geradicis, tum ceteris mobilibus, suppleatur. Deinde sexus ratio, quae filios, iure communi a successione arcet geradica, per statutum tam efficaciter sublata esse censetur, ut, extincta, per mortem coniugis, qualitate geradica, res alioquin hoc spectantes, ad communem mobilium sortem reducuae videantur, quae deinceps, paternae acquisitionis exemplo, communi hereditatis iure, ad utriusque sexus liberos peraeque pertineant, nisi antea in possessionem semineam, iusto titulo ac modo, peruererint.

#### §. XIV.

*Geradica uitrici successio, statuto Weissenfelsensi,  
contra priuignam sustineri nequit.*

STATVTO nostro commentario quodam breuiter illustrato, eiusque uera mente ac sententia, uerborum rationumque ope, eruta, uiaque ad caput causae praemunita, id nunc potissimum agendum restat, ut iustitiam filiae, geradam maternam, contra uitricum, sibi uindicantis, plenissime afferamus, omniisque liberemus subdubitacione. Statutum, saepius com-

memo-



memoratum, non, nisi de illa loqui defuncta uxore, quae  
uel plane nullas, uel tantum, cum superstite marito genera-  
tas, reliquit filias. Conficitur inde eidens; et, uti persua-  
sum habemus, omni exceptione maius argumentum, contra  
uitricum. Si enim alter existimetur, et uim inferre uerbis  
statuti, et a communibus legalis interpretationis regulis  
ac principiis discedere, quin etiam statutum ipsum, ueram  
et singularem aequitatis ac prudentiae ciuilis laudem et  
commendationem sustinens, ad summam, sine exemplo, tor-  
quere iniquitatem, placeat, necesse est. Facile quidem con-  
cedimus, statuta, generatim loquentia, generatim quoque  
ualere, nullasque admittere restrictiones, statuti uerbis et  
rationibus occultas. Sed hoc quoque uerissimum est,  
quod statutarii iuris interpretes celeberrimi ad unum omnes,  
uno quasi ore, affirmant, statuta localia, quandoquidem, illa a  
iure prouinciali atque communi deflectere, animaduertitur,  
strictissimae esse interpretationis. Verbis hic uti liceat b. ZIE-  
GLERI, cum aliis concorditer sentientis, loquentis. Tenendum  
omnino est, inquit ille, statuta esse strictissimi iuris, eorumque  
uerbis tenaciter inhaerendum esse, nec illa restringere, nec  
ampliare licere. Et propterea, quod statutum disertis uerbis  
ac certa demonstratione non dicit, id nec nos dicere, uel per  
subau-



*subauditos ac tacitos intellectus, supplere oportet. Tantum enim disponunt, quantum uerbis expressis loquuntur, et non ultra, nec licitum est, quicquam eis addere, uel diminuere. Haec omnia si ad causae nostrae commodum transferantur, in aprico est, uitricum, uera ac genuina statuti sententia, a successione praedefunctae coniugis geradica, prorsus ac omnino proturbari, e contrario, compriuignae iustitiam in uado esse, atque in tuto collocatam.*

§. XV.

*Iustitia filiae, priuignae, contra uitricum cum statuto ipso, tum iuris rationibus, euicta.*

**A**NTE uero, quam hic pro filia contra uitricum, profertur plura, status controuersiae recte formandus est et figendus, omneque id, quod dubio carere existimatur, seponendum. Nihil uero dubii id habere uidetur, quod, uigore statuti, gerada integra ad maritum omnino pertineat, si decesserit uxor, filiabus relictis nullis, ubi proximae quoque uxoris cognatae, imo, his deficientibus, ipse fiscus senatus excluduntur. Sin adsint filiae primi uel secundi matrimonii, uel ex utroque simul, primi tantum filiae lite cum uitrico implicari possunt. Quomodo cunque enim matrimonii conditio id ferat, ius patris naturalis, per statutum,

E

fortius



fortius est, quam filiarum, uitrici autem contra priuignas plane nullum, sed harum iustitia petendi geradam maternam, iure prouinciali et communi innixa, stabilis manet atque firma, donec, quod ad priuignas attinet, abrogatio, in fauorem uitrici, diserto docetur statuto. At enim uero legatur ac relegatur centies statutum nostrum, excutiatur eius sententia atque ad rationem, omnis interpretationis animam, exquiratur quam diligentissime, altum ubique deprehenditur, in statuto, de uitrico, cum priuigna concurrente, silentium. Neque est, ut generali in illo occurrenti coniugum mentioni, pro uitrico, aliquid tribuatur, quoniam illa generalis locutio, in marito solo superstite, patre que naturali cum filia concurrente, iam satis efficax censenda est, ad sustinendam istam locutionem. Hanc uero si tam uagam putares, quae ad uitricum quoque producenda sit, uiolenta merito haec foret interpretandi ratio, ab omnibus artis nostrarae regulis abhorrens. Etenim uerborum contextus omnino urget, ut ne iisdem, sponte fluentibus et mutua inter se relatione coniunctis, uerbis aliena immisceantur, ac talia quidem, quae statutum ipsum manifesta de honestarent iniuitate. Consideres, quae sumus, statuti uerba, eorumque compaginem, oculisque ipsis, ni graue est, utare interpretibus,



bus, confidimus, haud negaueris, maritum in statuto generatim nominatum, eundem deinceps esse, qui geradae, prout libet, daturus sit aliquid filiabus suis, e defuncta susceptis uxore. Verba statuti: Stirbt ein Weib, so bleibet dem Manne zc. die volle Gerade, jedoch steht in seiner Willfuhr, wenn er sich anderweit verheirathet, was er seinen mit dem verstorbenen Weibe erzeugten Töchtern von solcher deuoluirten Gerade eigenen will; sic, quasi in disco solidis posita sint, haud clariora esse posse, crediderimus. Quot enim hic leguntur uerba, tot, contra uitricum, excidisse uidentur argumenta, quorum omnia ac singula iuris rationibus, non tam solicite ac dubie, ut plerumque fit, eliciti, longeque petitis, quam in ipso statuto luculenter expressis, nituntur optime. Horum iam supra stitimus summam roburque, in patris naturalis obligatione alendi elo- cандique filias suas, cum naturali, tum ciuili, posuimus, quo uero iuris uinculo uitricus haud tenetur, neque, priuignis, perpetuam geradae maternae iacturam, liberalitate quadam unquam illum resarciturum esse, credendum est. Etenim eiusdem odii, quam amoris, frequentiora esse solent in priuignos documenta. Haec itaque omnia cum sint ue- rissima, priuignae quoque nihil sive geradae maternae, si-



ue hereditatis, iure quidem perfecto, possunt exspectare a uitrico, huius certe conditio multo foret melior, quam ipsius patris naturalis, quippe qui, ad alendas elocandasque filias, naturali pariter, ac ciuili, iure obstrictus est. Quare uitricus, hoc iuris vinculo immunis, geradam caperet, titulo nimis lucratiuo, ac sine omni onere isto, quod patri incumbit naturali, potissimumque tuetur statuti iusticiam, a uitrico alienissimam.

### §. XVI.

*Longe fauorabilior causa est geradica, pro priuignis, quam uitrico.*

**S**VMMAE tandem quoque aequitatis omnino est, ut faveatur filiabus, in causa geradae, contra uitricum, propter ea, quod gerada ipsa duplice nitatur singularis cuiusdam fauoris fundamento firmissimo. Horum unum, ipsius geradae origine, demonstrarunt maiores, aequalitatis, filios inter ac filias, studiosi, dum, introducta gerada, filias fieri voluerunt aequales filiis, rerum expeditoriarum heredibus.<sup>a)</sup> Alterum matrimonii promouendi continetur

<sup>a)</sup> Compara, si libet, quod diximus, in *nro. succidente*, §. *III. seq.*


*Disputat. de Matre filiae una cum ge-*




causa et consilio, cum uidelicet puellas bene instrueta,  
quam habent, gerada, ueluti dotis accessio, ualde com-  
mendare soleat sponsosque aduocare. Est ergo haec res,  
sine dubio, maximi momenti plurimumque ualeat, in dotis  
pariter, atque geradae conseruandae, causa. Sed, inquis,  
maritus, suo quoque condignus est fauore, in successione  
sua mobiliari, quam, cum reliquis successionis commodis,  
amplificare, sexus nostri forsitan interest. Verum haec  
talia, cum uix iusti speciem quandam p[re]se ferant,  
copiosius remouere, merito supersede.

mus.

## T A N T V M





## COROLLARIA

I

*Imperium merum, uel iurisdictio alta, non semper et ubique iure  
magistratus competit.*

II

*Imperium mixtum non est species iurisdictionis.*

III

*Ciuitas aliqua Schriftsassa esse, et exercitium iurisdictionis in  
illa, praefecturae, in qua sita est, competere potest.*

IV

*Spontanea iurisdictionis prorogatio in praeiudicium domini iuris-  
ctionalis non habet locum.*

V

*Iudex non aequus est, qui, parte altera inaudita, aliquid ae-  
quum statuit.*

VI

*Si stylus iudicis delegantis et delegati diuersus est, iudex dele-  
gatus stylum delegantis obseruare debet.*

VII

*Iudex audientiam, sive cognitionem defensionalium, uel exceptio-  
num, denegans et ad ulteriora executive procedens, litem  
suam facit.*

VIII



## XXXIX

## VIII

Quaeritur: An iudex, saluum conductum indulgens, inquisitum ad audiendam sententiam, quae poenam corporis afflictionem continet, non citatum, neque contumacem, ob metum fugae in vinculis detinere possit? Resp. Neg. cum limitatione et adiecta cautela.

## IX

Ordini Aduocatorum non est opprobrio, dum dicitur, illum scire omnia mundi mala.

## X

Aduocato, minori XXI. uel XXV. annis, restitutio in integrum competit, si, se in negotio gesto laesum, probat.

## XI

Fraudes et fallacias, contra aduersarium, adhibere, etiam in bona causa, illicitum est.

## XII

Quaeritur: An unusquisque, refectionem aedium combustarum suscipiens, pro lubitu aedificare possit? Resp. Affirm. cum limitatione.

## XIII

Quaeritur: Si aedes dotales incendio fuerint consumtae, numeritus, an uero uxor, damnum ferre teneatur? Resp. affirmando et negando, utrumque cum distinctione.

## XIV

Quaeritur: An ususfructus alicui in aedificio quodam constitutus, si hoc incendio absuntur, ita peveat, ut ne quidem in area perduret? Resp. Affirm. cum distinctione.

## XV

Quaeritur: An ius praelationis, quod creditori mutui, in aedificationem aedium dati, competit, bis exbustis, etiam in area subsistat? Resp. Neg.

## XVI

XL



XVI

*Quaeritur: Quomodo uerba l. 8. pr. ff. quibus mod. pign. etc. Reextincta, pignus hypothecae perit, aedibus combustis, uel, si aedes per motum terrae diruantur, interpretanda? Resp. cum distinctione.*

XVII

*Quaeritur: An in subbastationibus publicis emtor, relicta decima parte pretii, poenitere atque a contractu subbastationis resilire possit; ideoque iudex, uel potius creditores, quorum interest, hoc lucro simpliciter contenti esse debeant, et, non uam instituere subbastationem, teneantur? Resp. cum distinctione.*

XVIII

*Notario bodie, quosuis actus uoluntariae iurisdictionis exercere, non licet.*

XIX

*Quaeritur: An depositio testium, a Notario examinatorum, plenam fidem iudici faciat? Neg.*

XX

*Notarius errorem corrigere potest.*



Wittenberg, Diss.; 1750

f



Sb.

VD 18



B.I.G.



9613  
70 811' 33  
Q. D. B. V  
*SPECIMEN INTERPRETATIONIS  
IVRIS STATV TARI*

DE  
**IVSTITIA FILIAE**  
IN PETENDA GERADA MATERNA  
CONTRA VITRICVM  
STATVTO WEISSENFELSENSI  
HAVD MVTATA

PRAESIDE  
**CHRISTIANO HANACCIO**

I. V. D

INSTIT. PROF. PVBL. CVRIAЕ PROVINC. SCABINATVS  
ET FACVLT. IVRID. ASSESSORE ORDINARIO  
EIVSDEMQUE H. T. DECANO

CONVICTORII REGIO-ELECTORALIS INSPECTORE  
PERPETVO

PATRONO AC PRAECEPTORE SVO  
AETATEM VENERANDO

DIE XXVII. APRILIS cIo Iо CCL  
HORIS CONSVETIS

IN AVDTORIO IVRIDICO  
EXAMINI PVBLICO  
SUBMITTIT

**IOANNES CHRISTIANVS OTTO**  
DRESENENSIS

VITEMBERGAE. STANNO SCHIOMACHIANO